

Temperamenti & causarum morbi-
ficarum diversitate, libet rem illu-
strare exemplo hydropis ascitis, quo
si decem personæ laborarent, alia re-
stitui in integrum posset, cæteræ ad
orcum ablegandæ. Etsi unus idem-
que morbus, sed causarum ingens
est discrepancia, dum vel à causâ ca-
lidâ, vel frigidâ provenire queat, illa
à frigidis expugnanda, (prout obser-
vationibus Medicorum constat, ita
factum,) hæc per calida propulsan-
da. Quin & per anatomiam com-
pertum, sèpius hydropem illum cō-
citatum à scirrhosâ dispositione E-
patis, Lienis, Pancreatis, mesenterii,
vel steatomatis ibidem delitescenti-
bus, vel Renum & Uteterum ob-
structione, à calculis via intercepta,

quò minus scrofositates eò pertingere
valeant. Ubi hydragoga, hydrotica
& diaphoretica irrita. Accedit, quod
pauci *ιοσπλαγχνοι*, sed plerique visce-
ra corrupta habeant, exin nihil miri,
etiam paucos restitui. Unde contin-
git sèpius, ut complures aliorum
Medicorum vestigiis insistentes, eo-
rum observationibus freti, illas cir-
cumstantias non ponderantes, fal-
lantur, & curatio non ex voto suc-
cedat. Planè confido, istam litera-
riam meam confabulationem hand-
fore ingratam, ad dispiciendū, quæ-
nam sit remora, quod complures
aliorum Medicorum observationes
felices imitantes, scopum assequi
nequeant, prospero succelu desti-
tuti.

EPISTOLA IV. Ad Amicum.

*Discursus de causis ob quas ad tantam vita longævitatem
mibi pertingere licitum.*

 Um jam excesserim an-
num 82. ætatis, haud abs-
re, investigare causas,
quod tanto temporis in-
tervallo, salvis ac inco-
lumis, absque morborum pressurâ,
in hac mortali vita perseverare, con-
tigerit. Quin mihi obtigerit à Na-
turâ, admodum laudabilis totius
corporis constitutio, quoad omnes
partes similares & instrumentales,
indubium. In organicis, ab incuna-
bulis, inculpata structura observata,

in similaribus optima temperatura
notata. Etsi in calore nativo rite di-
posito ac vegeto, multum momen-
ti ad vitam producendam, non ta-
men solus videtur sufficiens, quin
requirantur partes similares & in-
strumentales robustæ à naturâ con-
formatæ, quarum adminiculo, suas
ille operationes, dextrè obire valeat.
Quemadmodum enim ignis in li-
gno accensus, multò diutius flagrat
& durat, quam in lino: & Capitane-
us in castello bene munito, quam

Nn

ruino-

ruinoſo, commodiūſ hostibus reſiſte & ſe defendere potest: Haud ſecus calor nativus, in fabricā validā, ſi partes solidae benē à Naturā compaetā, non molliores ac imbecilliores contextae, hominem multō longius in vitā ſalvum conſervare ſolent.

De Davide Rege jam ſeptuagenario tradit ſacra Scriptura, quod ejus corpus adeò frigidum, ut Virgo juvencula Abiſag Sunamitis, de universis filiabus Iſraelis quæſita, ut cum Rege dormiret, & ſuo complexxu, ſenile ejus corpus calefaceret. Id mihi olim legenti erat admirationi, cum meum corporuſculum ſupra annum 82. in toto, tanto adhuc calore abunderet, ut haud opus eum aliunde mutuari, quin potius aliis impertire liceret.

Tam firmam ac ſtabilem valetudinem acceptam fero vegetiori calori nativo, qui omnium actionum author. Si iſtemperatus, homo ſanus degit, ſin verò ad ullam devergat inſigniorem dyscrasiam, ægrotare incipit, ſi pœnitutis extinguitur, emoritur. Si conſtantī gaudere ac frui valetudine fas, tum omnes partes, præſertim principaliores, quoad *uxigentias*, in unum conſpirare debent, aliás omne Regnum in ſe diuſum deſolatur. In meo Ergastulo ralem depræhendo harmoniam, id jam nonnihil latius, & ſpecialius deducendum, & ob oeuſ ſe constituen-

dum, reor. Ventriculum mihi obveniſſe ſalvum & convenienti temperaturā dotatum, vel ex in liquet, cum à pueritiā cibi & potū appetitus moderatus, nec ulla unquam in concoctione peragendā, (nī interdum in ſympoliis, fed rariſſimè, feruorum copiā obrutus) torſit moleſtia, ex in nihil miri, ſi ex cibarii afflumptis, in ſtomacho ritè elaboratis, laudabilis emerſerit *χυλωσις*, ex chylo inculpatō, per venas meſeraicas, velut bajulos, ad Epar, tanquam ſanguificationis officinam, delato, ſuccellet, ter optimā *αἵματωσις*: ex in toto ſubſecuta exacta *ορθίωσις*.

Cum igitur beneficio caloris nativi robustioris, qui omnium actionum naturalium *ενέργεια* præcipuus, in triplici concoctionis genere, boni humores geniti nutritioni inferuant; ita & vitiosi, in qualibet concoctione reſultantes, per convenientes vias, mediante facultate expultrice, separati exterminentur, ex maſſa ſanguineā ita depurata, membris principalioribus, optimum alimento ſubministratur, ut per quamdiu à morbosā diſpoſitione, ſalva perdurare valeant. Eò magis cum pœnē ſingulis diebus alvus aperta, & ſi quid vitiosi collectum, à Naturā extimulatā, rejeclum. Sed sanitatis tam fixæ cauſam præcipuam æſtimō, quod Naturā meā ne minimam propenſa, ad ullam deſillationem. In eo me vix

vix habere parem, qui tantā annorum intercapidine, ne minimum catarrhi senserit, in ullā corporis parte, arbitror. Cum catarrhus sit scaturitus multorum gravissimorum morborum, maturius æquo homines, in cymbā Charontis præcipitans. Cum chylus in ventriculo confectus, ob crassitatem, per venas transire nequeat, sed opus materiā potulentā, ad illius *αὐδον* seu distributionem inserviens, exin serofitares illas Hippocrates haud inscitè ὅχημα τῆς φρεσφῆς, vehiculum nutrimenti vocare, est solitus. Humores illi serosi, massæ sanguineæ commixti, ubi suo munere à Naturā destinato, perfundit, non amplius in venis commorati debent, sed transmissi & à vasis Renum emulgentibus attracti, per ureteres in velicā deponendi, & tanquam excrementitiæ superfluitates, excernendi. Si autem vel imbecillitate virtutis attractricis, vel interveniente obstructione, diutius cunctentur, quaquaversum solent difluere ac exundare, & varia morborum genera causare.

Cum igitur totius vitæ meæ curiculo sat chronico, nihil unquam catarrhi, aut humoris serosi, per palatum descendere perceperim, si quid impuri forte in cerebri ventriculis collectum, Natura per narres, mediante sternutatione, id à se amandare consuevit. Imò id merito majorem pariat admirationem, nul-

lum unquam observavi sudorem in habitu corporis, non dicam hyperno, sed ne quidem æstivo tempore, sponte Naturæ erumpentem, nū interdum exspatiando, præcedente motu, & æstu solari, provocatus. Verè Diocles Medicus apud Galenū in Comment. lib. i. Hippocr. aphor. 15. statuit, omnem sudorem esse præter Naturam, cum ea, si calor naturalis validus, nunquam molliatur sensibilem excretionem, quia humores in halitus resolutos, per αὖλον ἀλεπτελόν, occultam difflationem rejiciat. Id quod cum non olim tantum in juventute contigerit, sed & in hac pænè extremâ senectâ, idem eveniat, exin auguror, caloris nativi prævalidam *εἰσγωνα*,

Quin & cerebrum *ὑπερεπονθον* vel ex-in relucet, dum omnes sensus intérieres salvi ac integri, ipsi etiam oculi tamen perspicaces, ut sine vitreis orbibus etiam minutus literas legere & scribere licitum: Id interdum exteri tabellarii literas mihi tradentes, conspicati, multum sunt admirati, se id nullibi, in multò junioribus observasse, dictitantes, qui visus munia obire potuerit, si-ne conspiciliorum adminiculō. Cum spiritus visivi incolumes ac pellucidi suam habeant *άνοιξην* ex spiritibus animalibus, & hi ex vitalibus emergant, isti autem ex laudabili massa sanguine in Epate genita, proficiuntur, ut indubia conjectu-

ra, omnium partium principali-
um, justam esse harmoniam & iu-
niorias, ut actiones naturales, vitales
& animales restent inculpatæ.

Calorem in cerebro adhuc vege-
tum testimonio sit, quod non tan-
tum æstate, sed & hyeme, quantum-
vis intenso frigore existente, nudo
capite, nullo vel levissimo tegmine
operto, noctu in lecto recumbere
ac dormire solitus, alias dolor capi-
tis molestare consuevit, dum fulgi-
nosis recrementis non patet liber
transpiratus.

Etsi alioquin à ~~tempore~~ seu circum-
stante frigore, pori constipati, quod
minus halitibus illis pateat exitus, ut
dolor exin potius causari, quam pre-
caveri queat. En tale à me respon-
sum, id locum habere in eo, cui obti-
git cerebrum imbecillus, nec justo
calore præditum: Cum autem id
michi obvenerit robustius & suffi-
cienti calore dotatum, ut ambienti
frigori resistere valeat, & ubi caput
vix quadrantis horæ spacio, cervica-
li incumbit, ex reciprocâ incalescen-
tia, pori perseverent aperti, exhala-
tionibus liberum concedentes efflu-
vium:

Cum salus & vita, à caloris nativi
vigore, in corpore, quoad organica
rectè disposito, in primis dependeat,
is autem in meo dômicio reflore-
scat, pristino in statu perdurans, quid
miti, si astite Gratia divina, in lon-
gum ævum excurrere licet, ut

pœnè ausim asseverare, grandiorē
istam ætatem haud imbecilliorem,
ac olim adolescentia fuerat. Id for-
tassis haud omnibus credendum, ex
falsa illa hypothesi, quasi senectus
ipsa sit mordax.

Quæ assertio à vero haud aliena
de iis, quibus obtigit Natura valetu-
dinaria, vel si robusta per ingluviem
dejecta in deteriorem statum, ut diu
superstes manere nequeat. Ego iu-
niorias corporis, cœlitum benigni-
tate, à Parentibus insitam, à primâ
adolescentiâ, accommodata diætâ,
sartam teatam conservare studiis,
quaæ optima est nutricula senectutis.
Etsi interdum, sed rariū exorbita-
rim, cum Natura mea sit temperata,
licet Genius meus alias ad commis-
siones esset propensus, tamen illa
multos, aut magnos excessus, citra
sanitatis, aut vitæ dispendium, diu
sustinere haud potuisset.

Leonhardus Lessius Jesuita, Hy-
giasticum in lucem emisit, in quo
mentionem facit Ludovici Cornari,
Patricii Veneti, qui à juventute ad
virilem ætatem usque erat valetudi-
narius, complurium Medicorum
confisiis & medicamentis in cassum
adhibitis, ut exigua spes diurnio-
ris vitæ residua, quin ad Majores de-
migrandum, tandem se desperata,
cum millis pharmacis, cuiusdam
suadet, observare cæpisset strictam
diætam, in quanto & quali modum
haud excedentem, præter omnem
Medi-

Medicorum opinionem , ævum ad annum 95. protraxit. Illud velut singulare exemplum , quantum commodi præstet, exacta victus ratio, ad prorogandam vitam, etiamnum hodie imitandum, inculcatur. Exin nihil miri ; quod mihi à Naturâ, saluberrimâ corporis constitutione dotato , continentiae insuper Studioso, ad grandiorē ætatem, superum favore , aspirare concessum.

Quod autem præcitatius Cornutus tam diu cum vario morborum genere confictatus , culpa in primis hæsit in frigidiore ventriculi dyscrasiam, prout illius, in Tractatu de commodis Sobriæ vitae , à se edito , est querela, exin ob assumptorum indigestiohem, collectæ cruditates, qua feminarium & Mater pœnè omnium morborum , merito sunt æstimandæ. Cum Author ille ab omnibus aliis esculentis abstinere cœpisset, fermè Sola panatella, (cibi generis facilis concoctionis & optimi sucii, ut in exigua dosi, multum alimenti præstet) ab Italib[us] dicta , ex pane contrito , vitello ovi & brodio vel aquâ decoctâ , contentus certarum unciarum pondere assumendo, tum bene se habuit : cum aliquando amicorum persuasione, nonnihil largius , Genio indulseret, à constituta dosi deflectendo, si vel duæ tantum unciae , ultra consuetum ingestæ, quoties id factum , semper relapsus est in pristinum morbosum statum

N n 3

aliud

Ubi in semel destinata ciboru quantitate constanter perrexit, constanti etiam frui licuit ac firma valetudine, ut grandævus evaserit.

Etsi in variis meis peregrinationibus, ad loca etiam longius diffita, & doomi in lautiis ac opiparis convivis, sepius occasio oblata commissandi & compotandi, tamen Genius meus ita erat dispositus , ut appetitum irrationalem refrenare ac coercere potis, ea esculenta & potulenta suaderet aslumenda, non quæ Gulæ ariderent, sed quæ bonæ valetudini conducerent. Cum olim ante 50. annos in mea juventute Illustrium Styriæ superioris procerum, per septennium Medicum ordinarium egisse, recidit mihi in memoriam cujusdam Medici Itali incontinentis exemplar, is in quodam symposio, cum in secundis mensis , Nuces appositæ, iis copiosè vescens, à quodam Nobili , per jocum agitatus , cum alias Medici Nuces ceu noxias , aliis dissuaderent , respondit : Ego non comedo ut Medicus , sed ut homo : Ego verò comedo ut Medicus rationalis , non ut homo sensualis. Exin contigit , ut ille alias corpore quadrato & eusarco prædictus, diræ podagræ infestatus & maturè è confortio humano sublatus. Etsi non raro grandiora pocula, proaliorum votivâ salute, in orbem irent, ubi ad me ventum, tantum exhausi, quoad stomachus ferebat, residuum effudi in

vitrum vacuum, cæteris combibonibus plenariam satisfactionem. haud magnopere urgentibus, & impossibilitatem prætendenti, fidem accommodantibus.

Etsi plures reperti, quibus ad multò grandiorem ætatem aspirare contigit, sed Phœnices rariores, qui in tantâ 82. annorum, intercedine, tâm constanti gavisi valetudine. Solum ante 40. annos abscessus in dextrâ mesenterit regione concitatus, non à cacochymia, sed merâ plethorâ, copioso sanguinis affluxu, causatus, cum nulla usus sim venæfæctione, nec scarificatione, quorū medio illud malum præcaveri potuisset: Excepto isto affectu, aliâs nullo notabili incommodo sum tentatus.

Multis est admirationi, & vix reperiri existimant senem tam proætâ ætatis mihi comparandum, dum non modo vires corporis, sed & mentis facultates illæ: quin & in ipsâ facie ac vultu color vividus ac roseus cum candore commixtus, conspicuus, ut ex inarguendum, si cani eximantur, non decrepitum. Senem, sed Juvenem haud invenustum obverfari. Deus O. M. & in posterum hoc ergastulum, fæatum, tectum conservare clementer velit usque ad fatalem vitæ terminum, & tum expirare finat absque graviore morborum tormento, & tandem intrare benignè concedat, in gaudia æterna,

EPISTOLA V.

Vtrum Alchymistarum jactantiarationi consona, quod magnatibus in primis vita prolongationem, ultra annum centesimum pollicentur.

Extra dubium, quin vita humana beneficio artis Medicæ ad complures annos produci queat, non tamen in ullâ constitutum facultate humanâ, certum annorum numerum determinare. Mihi videntur Chymici nimis hyperbolici in celebrandis suis arcanis intitulatis, quorum medio hominis vita ultra centum annos extendenda, magnatibus ita persuadentes, in-

terim copiosam pecuniam emulgentes & suam bulgam infarcientes. Cum duplex vitæ terminus, supernaturalis, qui in solius Dei providentiâ consistit, nec subjectus est remediis vel naturalis, qui non minus in manu Dei, sed insimul dependet à causis naturalibus, à temperamento & humoribus, quæ dum accommodatis remediis & alimentis in justâ crasi & proportione, velut vitæ naturales, conservantur, ipse

vitæ